



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Libelli Cvivsdam Antverpiæ Nvper Editi Contra  
Serenissimvm D. Ioannem ab Austria, Gubernatorem  
generalem inferioris Germaniæ, qua parte conscientiæ, vt  
vocant, libertas in eo requiritur, breuis & ...**

**Lens, Jean de**

**Lovanii, 1578**

Quintu[m] refellit scripturae sanctae testimonio, persuasionem falsam,  
qua putetur fieri non posse, vt duricies cordis flagello correptionis  
auferatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30345**

Quid est autem quod ait extirpari vi adhibita non posse, quod abditum sit in intimis cordis, aut hoc ipsum cor inflecti & molliri, nisi Dei virtute, non posse? An exciderat quod scriptum est à Sapiente: Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam? Inhæret medullitus hominum cordibus, & ab ipsis quidem teneris, stultitia: neque extirpari vlllo pacto potest, nisi sapientiam Deus infuderit. & tamé virga disciplinæ fugat stultitiam. *Prover. 21* & hoc non dubitavit idem ille dicere: Virga atque correptio tribuit sapientiam: puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundet matrem suam. Quod si virgæ fortassis officium æducationis vitio prima ætas effugerit; quid vetat quo minus aliquando gladij fuget metus, quod non adhibita virga reliquit? Ideoq̃e sicuti puerilium verberum vtilitas illis sententiis demonstrata est: ita & gladii seueritatisq̃e fructus confimilis commendatur ab eodem Sapiente, cum *Prover. 20* ait: Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo; per hoc indubiè, quod sedulò quid quisque gerat, quid colat, quidve profiteatur, obseruet; atque in facinorosos quidem & corruptores humanæ societatis animaduertat seuerè: eos verò colaudet atque remuneret qui suis benefactis

reme

republicam ornauerint. Cor enim solus  
 quidem inflectit Deus, sed ad eam rem ple-  
 rumque externum quodpiam ministerium  
 adhibet, per quod secretius in cordibus o-  
 peretur. Quemadmodum solus ipse incre-  
 dulis fidem, & impœnitentibus durisq; cor-  
 dibus pœnitentiæ munus infundit: Et ta-  
 men scriptum est, fidem ex auditu esse, au-  
 ditum autem per verbum Dei. Sermo quo-  
 que bonus, & ad fidei ædificationem perti-  
 nens, dare dicitur gratiam audientibus. Ut  
 igitur per increpationis instructionisque  
 verbum, sic & per disciplinæ flagellum quos  
 vult ad se cõuertit, occulta operatione gra-  
 tiæ suæ. Quæ nisi secretior operatio diuinæ  
 virtutis accesserit, frustra terrores admoue-  
 rit, quicquid extrinsecus, siue per angelos,  
 siue per homines adhibetur. Quam rem vel  
 vnius exemplo Pharaonis liceat agnoscere:  
 qui tot portentis, vt quasi de somno graui  
 infidelitatis euigilaret, excitatus, tot benefi-  
 ciis prouocatus, tot denique plagis attritus,  
 nihilò melior aut mollior his omnibus ef-  
 fectus est. Et quâquam in illo (quod ad pro-  
 priam quidem eius salutem attinet) opera  
 perdita est, occulto, sed iusto iudicio Dei:  
 tamen hæc aliis terrorũ ministeria etiam per  
 homines procurata, & sæpe Deo misere-  
 profuerunt, & aliquibus quotidie profunt.

Roma 10.  
 Ephes. 4.

Nam